



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

95. Convivia vix sine peccato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

Dei ut illud è collo excutiant! ut liberi A remanent, dum quod solum natura necessarium est accipiunt!

pusculum vesperi, quid mirum, si vinura comburit eos?

Philip. 3.

Non sic illi, de quibus Apostolus: Quo- rum Deus venter est, & (ex consequenti) gloria in confusione, id est, luxuria.

Tertul. l. con- tra Psychie.

O quam verum! Tertullianus: Gulo- so Deus venter est, pulmo templum, aqua- liculum, altare, Sacerdos coquus, cujus tota charitas in cacabis fervet, tota fides in culinis calet, tota spes in ferculis jacet, B O religiosum cultum! è certè servitu- tem præclaram! è pudorem!

Gulosus pul- chre descriptus.

Conceptus variis de Ieiunio.

PVNCTVM XCVI.

¶ Quam necessarium jejuniu.

Cui non pernecessarium? Ei, qui car- nem non habet. Basil. Mulieribus velut respirare jejuniu propriu est. Pueri velut plantæ virides jejunii aqua irrigantur.

D. Bas. hom. 2. de jejun.

Idem dixit, venerandam esse canitiem jejunii, quod in Paradiso jam olim na- paradiso neces- sarium fuit. Et Chrysof. Si Paradiso neces- sarium jejuniu fuit. extra Paradisum D. Chrysof. multo magis. hom. 1. de pan.

¶ Ieiunium valet contra tentationes.

Suprà tetigimus, quam acriter Iob fu- erit tentatus, & qualiter Diabolus ipse in omnes sese res transforma verit, ut eum acrius pertentare posset. Sed unde vis tanta? unde sic patiens? sic fortis? Ex jejunio. Post septem dies loquutus est Iob, & non comedit, neque bibit. Sic vermes (Dæ- mones in eis comedentes) jejuniis ipse sustinuit, sic voratoribus vires ademit. Væ, si non fuisset jejunio munitus.

Ieiunio fortis Iob.

Orig. hom. 5. in Iob.

Gulosi imbecilles, ineptique sunt ad tentationes superandas: nam primo conflictu corrumpunt. Facit locus in Genes. de quinque Regibus Sodomæ, & cætera- rum civitatum, luxui, ac ventri dedita- rum, qui quatuor aliis Regibus terga verterunt initio statim congressus, quia ubi ad quosdam puteos ibi proximos pervenerunt, inquit sacer Text. Et ceci- derunt ibi, quod Vatablus exponit: Et con- jecerunt se, aut præcipitaverunt se illuc in eos puteos bituminis, imbecilles utique, ac desperati. Bibite, & inebriami- ni, & vomite, & cadite, neque surgatis à sa- cie gladii. Septuag. Vomitis, & cadetis, & non resurgetis à facie gladii. Ambros. Et non surgetis à facie gladii.

Gulosus eno- vat. Gen. 14.

Ierom. 25. Septuag. Ambros.

Convivia vix sine peccato.

PVNCTVM XCV.

Iob. 1. D. Greg.

Divus Gregor. ad ista verba: Cumq; in orbem iransisset dies conviviũ, mitte- bat Iob, & sanctificabat illos, surgensque dilu- culo, offerebat holocausta per singulos; sic ait:

Convivia sine culpa vix aguntur.

Vir quippe sanctus noverat, quod cele- brari cõvivia sine culpa vix possunt. No- verat quod magna purgatione sacrificio- rum diluendæ essent epulæ convivorũ, & quicquid in semetipsis filii convivan- tes inquinaverant, pater sacrificium im- molando tergebat, &c. Quod si convi- via inter fratres, & fratres filios talis pa- rentis, qui eos tam benè instituerat, vix sine peccato celebrantur, quid de convi- viis eorum, qui mane consurgunt ad ebrietatem sectandam?

Isai. 5.

Væ, qui consurgitis mane ad ebrietatem se- ctandam, & potandum usque ad vesperam, & vino astuatis. Chald. Væ, qui consurgunt mane ad bibendum vinum vetus. Pagnin. Væ iis, qui consurgunt mane, ut ebrietatem sectantur, qui morantur ad crepusculum, do- nec vinum astuare faciat eos. Sept. Væ, qui consurgunt mane, & siceram sequuntur, qui expectant vesperam, vinum comburet eos. Describit quorundam convivia, quibus comminatum est Væ æternæ damnatio- nis: sectantur vinum vetus, stant ad lau- tissimam mensam à mane usque ad cre-

Chald. Pagnin.

Septuag.